



CLASSIQUES
GARNIER

Édition de CICCONE (Lisa), « Hic incipit primus liber / Ici commence le premier livre », *Un commentaire médiéval aux Métamorphoses. Le Vaticanus Latinus 1479, Livres I à V*, p. 134-293

DOI : [10.15122/isbn.978-2-406-10537-4.p.0134](https://doi.org/10.15122/isbn.978-2-406-10537-4.p.0134)

La diffusion ou la divulgation de ce document et de son contenu via Internet ou tout autre moyen de communication ne sont pas autorisées hormis dans un cadre privé.

© 2020. Classiques Garnier, Paris.
Reproduction et traduction, même partielles, interdites.
Tous droits réservés pour tous les pays.

HIC INCIPIT PRIMUS LIBER

I 1

Narratio incipit

Actor noster, more boni operarii, tria facit : proponit, invocat, narrat. Proponit ubi dicit : IN NOVA (1), invocat ubi dicit : DII, CEPTIS (2), et cetera, narrat ubi dicit : ANTE MARE (5). Promittit quod se tractaturum esse de omnibus que fuerunt mutata a principio mundi usque ad tempus quo vixerat Ovidius.

1-4*

1 FERT : id est cupit ; ANIMUS : mens, intencio. 2 DII : o ; CEPTIS : principiis ; NAM : quia ; MUTASTIS : in diversis formis ; ILLAS : formas. 3 ASPIRATE : concedite ; AB ORIGINE : a principio. 4 AD MEA : id est usque ad me ; PERPETUUM : continuum ; CARMEN : librum, poesim.

I 5

ANTE, et cetera, dicit Ovidius, quo in principio vel ante principium universa erant in eodem globo, et sic male, et vocabatur Chaos, id est confusio naturarum opositarum simul, et in eodem loco residebant.

5-8*

5 ANTE MARE : id est antequam mare fieret ; TETIGIT : cooperit. 7 QUEM : vultum ; DIXERE : gentes ; CHAOS : confusionem ; INDIGESTAQUE MOLES : non divisa et ponderositas. 8 QUICQUAM : aliud erat ; PONDUS : parvum ; CONGESTA : congregata ; EODEM : globo.

I 9

Quomodo omnia in principio simul erant

Cum autem universa essent in eodem globo, sicut dictum est, non adhuc creatus erat sol neque luna neque stelle que postea create fuerunt, sicut continetur in *Genesi*.

9* NON : imo ; DISCORDIA : discordancia.

1 actor noster] actor # *ms.*, noster *add. alia manus* tractaturum] tractature non *ms.* | 9 create] creature *ms.*

ICI COMMENCE LE PREMIER LIVRE

[f. 53v]

I 1

Début du récit

Notre auteur, selon l'usage du bon écrivain, accomplit trois démarches : il présente, il invoque, il raconte. Il présente lorsqu'il dit *IN NOVA* (« en nouvelles »), il invoque lorsqu'il dit : *DII CEPTIS* (« Dieux, à mes entreprises ») etc, il raconte lorsqu'il dit *ANTE MARE* (« Avant la mer »). Ovide promet qu'il traitera de toutes les métamorphoses depuis le commencement du monde jusqu'à l'époque où il vivait.

I 5

ANTE (« avant ») etc., dit Ovide : en ce commencement, ou avant le commencement, tout était réuni en un seul amas, donc mal organisé, on appelait cela le chaos, c'est-à-dire la confusion de natures opposées qui se trouvaient ensemble au même endroit.

I 9

Comment au commencement toutes choses étaient confondues

Comme donc tout se trouvait en un seul amas, comme on l'a dit, (Dieu) n'avait encore créé ni le soleil ni la lune ni les étoiles, qui furent créés ensuite, comme on le trouve dans la *Genèse*.

I 10-12

Quod autem videtur luna crescere vel minui, hoc non est nisi in quantum quod habet solem ex opposito per interpositionem montium. A quo sole accipit illa claritatem, com illa sit globus turpis et opacus valde, et dicitur tunc plena, com in recta linea opponitur claritati solis; dicitur decrescere com discedit a recta linea solari et crescere com accedit.

10-13*

10 NULLUS ADHUC : tunc temporis; TITAN : Sol; PREBEBAT : dabat. 11 NEC NOVA : non prima; REPARABAT : renovabat; PHEBE : luna. 13 PONDERIBUS : propter pondera.

I 14

Quia de natura sua ponderosa est terra, et semper tendit ad centrum, com ergo ipsa circumdata sit ab aere et igne, et ignis semper tendat ad alciora, postea aer oportet quod remaneat, ab illo lustretur in centro sibi determinato.

14-16*

14 MARGINE : spacio magno; PORREXERAT : circumdando; AMPHITRITES : magnum mare; versus dispondaicus. 15 QUAQUE : parte; ILLIC : in illa parte; PONTUS : mare; AER : ignis. 16 SIC ERAT : omnis terra similis; INSTABILIS TELLUS : non apta ad standum; INABILIS : non apta ad nandum; UNDA : aqua.

I 17

NULLI. Construe : NULLI pro 'non' et 'ulli'; vere elementorum SUA FORMA non MANEBAT, id est remanebat, ut locum habeat relatio que est sola.

17-18*

17 LUCIS EGENS : claritatis naturalis; NULLI : elementorum; SUA : propria; MANEBANT : re(manebant). 18 OSTABAT : resistebat; ALIIS ALIUD : elementis elementum; CORPORE IN UNO : eodem globo.

10-12 solari] solaris *ms.* | 14 sibi *ex fili sibi ms.*

I 10-12

Le fait que la lune semble croître et diminuer n'est rien d'autre que le fait qu'elle reçoit le soleil en face d'elle, avec les montagnes qui viennent s'intercaler ; c'est du soleil qu'elle reçoit la clarté, lorsqu'elle est une sphère grossière et tout à fait opaque, et elle est dite pleine, lorsqu'elle est opposée en droite ligne à la clarté du soleil ; on dit qu'elle décroît lorsqu'elle s'éloigne de la droite ligne solaire et qu'elle croît lorsqu'elle s'en approche.

I 14

Parce que la terre est par nature pesante, et qu'elle tend toujours vers le centre, comme elle est elle-même entourée d'air et de feu, et que le feu tend vers les hauteurs, il faut ensuite que l'air qui reste soit environné de feu dans le centre qui lui revient.

I 17

NULLI (« à aucun ») : construire NULLI (« à aucun »), pour *non* (« non »), et *ulli* (« à un »), en réalité à aucun des éléments *SUA FORMA NON MANEBAT* (« sa forme ne demeurait »), c'est-à-dire « restait », pour permettre une relation unique.

I 19-20

Habentia humorem pugnabant tunc temporis com rebus siccis, et hoc dicit propter aquam et ignem. SINE PONDERE (20), et cetera : dicit propter ignem et terram. MOLLIA COM DURIS (20) : dicit propter aera et terram. 19* PUGNABANT : decertabant.

I 21-22

De divisione elementorum

HANC DEUS (21), et cetera : Ovidius, sentiens unum deum esse a principio, non tamen ausus dicere, vocavit ipsum MELIOR NATURA (21). NAM CELO TERRAS (22) et cetera dicit, sicut continetur in *Genesi* : « In principio creavit Deus celum et terram », et cetera.

21-22*

21 ET : pro id est ; LITEM : oppositionem ; DIREMIT : divisit. 22 NAM CELO : abcidit ; ABCIDIT : divisit.

I 23

SPISSO (23) dicit respectu celi, quia aer clarus est respectu aliorum elementorum terre et aque.

23* LIQUIDUM : clarum ; SECREVIT : divisit ; CELUM : ignem.

I 24-25

Quod Chaos mutatum fuit in species non indiget expositione, quia verum est. Com universa essent in loco uno in principio, videlicet in inspiratione divina, confuso modo dicitur propter oppositionem elementorum. Quod dicit quod Deus divisit, verum est, sicut in *Genesi* continetur, et appellatur MELIOR NATURA (21), quia ille est natura naturans omnes res.

24-25*

24 EVOLVIT : maria infestavit ; CECOQUE : obscuro ; EXEMIT : substraxit ; ACERVO : globo. 25 DISSOCIATA : divisa ; LOCIS : sedibus sibi datis ; PACE LIGAVIT : locum propriumtribuendo.

24-25 mutatum] muta# ms. | 24* infestavit] festavit ms.

I 19-20

Les choses humides étaient alors en lutte contre les choses sèches, et (l'auteur) dit cela à propos de l'eau et du feu. SINE PONDERE (« sans poids »), etc. : il dit cela à propos du feu et de la terre. MOLLIA CUM DURIS (« les choses molles avec les dures ») : il le dit à propos de l'air et de la terre.

I 21-22

La séparation des éléments

HANC DEUS (« un dieu ... cette (lutte) »), etc. : Ovide, sentant qu'un dieu unique était au principe de tout, n'osa pas le dire, mais l'appela MELIOR NATURA (« nature meilleure »). Il dit NAM CELO TERRAS (« en effet du ciel la terre ») etc., comme on le trouve dans la *Genèse* : « Au commencement Dieu créa le ciel et la terre », etc.

I 23

Il dit SPISSEO (« épais ») par rapport au ciel, parce que l'air est clair par rapport aux autres éléments que sont la terre et l'eau¹.

I 24-25

Le fait que le chaos fut transformé en espèces n'a pas besoin d'explication, parce que c'est la vérité. Alors que tout était en un lieu unique au commencement, c'est-à-dire dans l'esprit divin, il parle de confusion à cause de l'opposition des éléments. Quand il dit que Dieu fit la séparation, c'est vrai, comme on le trouve dans la *Genèse*, et il l'appelle MELIOR NATURA (« nature meilleure »), parce que Dieu est la nature qui crée toute chose.

1 Le glossateur a-t-il bien compris « *spisso* » ?

I 26

IGNEA dicit propter claritatem et ignis levioris natura, et semper tendit ad alta.

26-27*

26 IGNEA : igne plena ; CONVEXI : proni ; VIS : virtus. 27 EMICUIT : in altum saliit ; LEGIT IN ARCE : quia levis erat.

I 28

Secundum locum obtinuit AER, quia clarus erat et est, atque levis, et ita secundo loco subiit.

28-29*

28 ILLI : celo ; vel igni *add. alia manus*. 29 DEMPSIOR : rudior massa ; HIIS : elementis ; -QUE : pro etiam ; GRANDIA : magna ; TRAXIT : habuit.

I 30

HUMOR / ULTIMA POSSEDIT : non inferioritate, sed circumdatione elementorum, quia dicitur in *Genesis* : « et divisit aqua superiore ab aquis inferioribus ».

30* GRAVITATE : quia ponderosa est ; CIRCUMFLUUS : circumcirca fluens ; HUMOR : aqua.

I 31

Dicit Ovidius quod tellus obtinuit tertium locum. Verumptamen quidam dicunt quod ultimum habuit, quod credimus, quia inter elementa est elementum rude et ponderosum, et ita semper tendit ad centrum, unde aqua tertium locum obtinuit lustrando omnia.

31* ULTIMA : non ponderositate ; POSSEDIT : habuit ; -QUE : et ; COHERCUIUIT : circumdedit ; ORBEM : terram.

30 sed] se *ms.*

I 26

Il dit IGNEA (« ignée ») à cause de la clarté ; le feu est plus léger par nature et tend toujours vers le haut.

I 28

AER (« L'air ») obtint le second lieu, parce qu'il était clair, et l'est encore, et léger, et ainsi il fut placé dans le second lieu, sous le feu.

I 30

HUMOR / ULTIMA POSSEdit (« l'eau occupa la dernière ») : non pas à cause de son infériorité mais parce qu'elle entoure les éléments, puisqu'il est dit dans la *Genèse* : « et il sépara les eaux supérieures des eaux inférieures ».

I 31

Ovide dit que la terre obtint le troisième lieu, cependant certains disent qu'elle eut le dernier, ce que nous croyons, parce qu'entre les éléments il y en a un qui est brut et pesant, et ainsi qui tend toujours vers le centre, c'est pourquoi c'est l'eau qui obtint le troisième lieu en entourant toutes les choses.

I 32

QUISQUIS FUIT : Ovidius, sciens unum deum esse, tamen, quia paganus erat, non audebat unum deum verum confiteri, imo plures adorabat. Secundum enim morem paganorum dixit : QUISQUIS FUIT ILLE DEORUM.

32-33*

32 SIC UBI : ut supradictum est ; DISPOSITAM : ordinatam ; ILLE : artifex ; ILLE DEORUM : non audet Ovidius nominare illum. 33 CONGERIEM : globum, congregationem ; SECUIT : divisit ; SETAMQUE : divisit ; IN MEMBRA : in partes ; REDEGIT : reduxit.

I 34

[1] Com deus Yle per sua membra disposuisset quatuor elementa, dividendo, terram rotundam disposuit, quia non contingit aliquid ponere vacuum, et, ut cetera elementa ipsam lustrarent, ad hoc, ut centrum aliorum elementorum esset. Postea iussit mare lustrare terram ad hoc, ut illam coherceret, et mare vocavit *occeanum*, et dicitur ab *ocius*, quod est *velox*. [2] Post hoc iussit mare scindi in diversos fontes per cavernas subterraneas a *sale*, id est ab amaritudine, purgaturas, unde mare dicitur mater aquarum retroeuntium, vel mare quasi *amarum* per ethimologiam.

34-35*

34 PRINCIPIO : omnium rerum ; NEC : pro ut. 35 SPECIEM : similitudinem ; GLOMERAVIT : congregavit.

I 36

RAPIDISQUE : quia circa mare venti dicuntur rapidi et dicitur ventus flatus abyssi.

36-37*

36 TUNC : ex quo ita factum est ; FRETA DIFFUDIT : maria sparsit ; TUMESCERE : inflare. 37 AMBITE : circumdate ; TERRE : tocius orbis.

34.1 *ocius*] *occi ms.*

I 32

QUISQUIS FUIT (« Quel que fût ») : Ovide, sentant qu'il n'y avait qu'un dieu, n'osait pourtant pas, parce qu'il était païen, confesser un seul vrai dieu, mais en adorait plusieurs. En effet, il dit selon l'usage des païens QUISQUIS FUIT ILLE DEORUM (« Quel que fût celui des dieux »).

I 34

[1] Comme ce dieu avait réparti les quatre éléments de la matière en fonction de leurs parties respectives, en les divisant, il donna à la terre une forme ronde, parce qu'il est impossible de poser quelque chose de vide², et pour que la terre fût entourée des autres éléments, afin qu'elle fût le centre de tous les autres éléments. Ensuite il ordonna que la mer entourât la terre, pour l'enserrer, et il appela la mer « océan », issu de « ocius », qui signifie « rapide ». [2] Après cela il ordonna de scinder la mer en diverses sources qui, en passant par des cavernes souterraines, seraient débarrassées du sel, c'est-à-dire de l'amertume : c'est pourquoi la mer est dite mère des eaux qui reculent, ou mer comme « amer » selon l'étymologie.

I 36

RAPIDISQUE (« violents ») : parce que, dit-on, autour de la mer, les vents sont violents, et qu'on appelle vent le souffle de l'abîme.

2 Est-ce en lien avec l'idée que « la nature a horreur du vide » ? La forme ronde serait donc sentie comme pleine ?

I 38-44

Omnia ista vera sunt si dicantur de fabricatore vero mundi, id est de Christo, et non indigent expositione. Si de alio dicantur, ad Cristum referenda sunt. FRONDE. Com terra divisa esset et elementa similiter in terra, iussit Deus universa animantia procreari, sicut in *Genesi* continetur, ubi dicit : « Producat terra herbam virentem et omne genus anime viventis, et omne reptile anime viventis », et cetera.

38-44*

38 STAGNA IMMENSA : addidit magna ; -QUE : et. 39 FLUMINA : addidit ; ET RIPPIS : vel obliquis *alia manus* ; CINXIT : lustravit ; DECLIVIA : oblita ; CLARIS : vel ripis *alia manus*. 40 QUE DIVERSA : flumina ; LOCIS : in partibus ; PARTIM : parte ; SORBENTUR : sumuntur ; AB IPSA : terra. 41 CAMPOQUE : planicie et. 42 PULSANT : pellunt frequenter. 43 IUSSIT : ille quisquis fuit ; SUBSIDERE : infra esse. 44 FRONDE : iussit ; LAPIDOSOS : lapidibus.

[f. 54r]

I 45-46

De divisione regionum celi et terre

UTQUE DUE (45) zone distincte fuerunt in celo, quia celum et planete divise fuerunt in quinque partes, quarum due sunt habitabiles, due inhabitabiles propter frigus, una inhabitabilis propter ignem. Sic ille plage dicuntur situari in terra.

45-50*

45 DUE : zone ; DEXTRA : parte ; TOTIDEMQUE : zone et ; SINISTRA : parte. 46 SECANT : dividant ; ZONE : regiones ; QUINTA : zona ; scilicet media *add. alia manus* ; ARDENCIOR : fervencior ; ILLIS : quatuor zonis. 47 ONUS : sicut dictum est ; DISTINXIT : divisit. 48 CURA : voluntas ; TELLURE : terra ; PREMUNTUR : habentur. 49 QUARUM : zonarum ; QUE : illa ; MEDIA : in medio ; ESTU : igne. 50 NIX TEGIT : frigus metitur ; ALTA : profunda ; DUAS : zonas ; TOTIDEM : zonas ; LOCAVIT : profuit.

45-46 distincte] distructe *ms.* | 48* voluntas] volutas *ms.* | 50* metitur] metuum *ms.*

I 38-44

Toutes ces choses sont vraies si elles concernent le vrai créateur du monde, c'est-à-dire le Christ, et il n'est pas besoin de les expliquer. Si elles concernent quelqu'un d'autre, il faut les rapporter au Christ. FRONDE (« de feuillage ») : comme la terre avait été divisée et les éléments semblablement dans la terre, Dieu ordonna que fussent créés tous les animaux, comme on le trouve dans la *Genèse*, où il dit : « que la terre produise l'herbe verte et toute espèce d'être vivant, tout espèce d'être vivant rampant, etc. ».

[f. 54r]

I 45-46

La division des régions du ciel et de la terre

UTQUE DUE (« et comme deux ») : des zones furent distinguées dans le ciel, parce que le ciel et les planètes furent divisés en cinq parties, dont deux sont habitables, deux inhabitables à cause du froid, une inhabitable à cause de la chaleur intense. Ce sont les zones qui, dit-on, sont situées sur la terre.

I 51

TEMPERIEMQVE DEDIT, sicut patet in figura :

*frigidissima, inabitabilis ; temperata, habitabilis ; calidissima,
inabitabilis ; temperata, habitabilis ; frigidissima, inabitabilis.*

I 52

IMMINET HIIS AER : quando divide fuerunt zone, aer interpositus fuit inter zonas celi et zonas terre, ne adinvicem confunderentur.

I 52-53

IMMINET (52). Construe : AER IMMINET HIIS, QUI EST ONEROSIOR IGNE, TANTO QUANTO EST levior PONDERE aque ; aque – dico – levioris suple PONDERE TERRE ; hoc est dictu, quod aer est ponderosior igne tanta proportione quanta est levior pondere AQVE (53) et quanta aqua est levior terra.

52-55*

52 IMMINET : avertit ; HIIS : zonis. 53 ONEROSIOR IGNE : ponderosior celo. 54 ILLIC : in aere ; CONSISTERE : stare. 55 IUSSIT : dixit ; HUMANAS : hominum ; MOTURA : commotura ; MENTES : animos.

I 57-58

Hic tractat actor de divisione ventorum et dicit quod Eurus habet flare in oriente, Zephirus in occidente, Boreas in septentrionali parte, Auster ab opposito Boree circa meridionalem partem.

57-60*

57 HIIS : ventis ; PASSIM : communiter. 58 PERMISIT : concessit. 59 QUISQUE : ventus ; REGAT : ducit. 60 QUIN : pro 'quod' et 'non' ; DISCORDIA : diversitas ; FRATRUM : ventorum.

I 61

NABATHEA (61) dicit a Nabatheo rege qui primus ibi regnavit.

61* EURUS : proprium nomen ; AURORAM : orientem.

52 divide] diverse *ms.*

I 51

TEMPERIEMQVE DEDIT (« il donna un climat tempéré ») : comme il est visible sur la figure.

très froide / inhabitable ; tempérée / habitable ; très chaude / inhabitable ; tempérée / habitable ; très froide / inhabitable.

I 52

IMMINET HIIS AER (« au-dessus s'étend l'air ») : quand les zones furent distinguées, l'air fut posé entre les zones du ciel et celles de la terre, pour éviter qu'elles ne fussent mélangées l'une à l'autre.

I 52-53

IMMINET (« s'étend ») : construire : AER IMMINET HIIS, QUI EST ONEROSIOR IGNE, TANTO QUANTO EST (« l'air est suspendu au-dessus de ces zones, car il est plus lourd que le feu, autant qu'il est ») plus léger PONDERE (« que le poids ») de l'eau – que, dis-je, l'eau plus légère, compléter PONDERE TERRE (« que le poids de la terre »), c'est-à-dire que l'air est plus lourd que le feu dans la même proportion qu'il est d'un poids plus léger que AQUE (« l'eau »), et que l'eau est plus légère que la terre.

I 57-58

Ici l'auteur traite de la division des vents et dit qu'Eurus eut à souffler en orient, Zéphyr en occident, Borée dans la partie septentrionale, Auster à l'opposé de Borée dans la partie méridionale.

I 61

NABATHEA (« Nabathéen ») : il parle du roi Nabathée qui régna le premier dans cette région.

I 62-63

De divisione ventorum

Quia Sicia est regio propinqua zonis que sunt inhabitabiles frigore, et propter hoc est ventus sterilis.

62-65*

62 PERSIDAQUE : in Persiam ; IUGA : montes ; MATUTINIS : in mane. 63 VESPER : occidens ; TEPESCUNT : tepida sunt. 64 PROXIMA : coniuncta ; ZEPHYRO : illi vento ; SICIAM : illam regionem. 65 HORRIFER : horrorem ferens ; BOREAS : ille ventus ; CONTRARIA TELLUS : ab opposita parte Boree.

I 66

De formatione stellarum

Ex quo deus ita divisit ventos quatuor principales ; divisit ethera et superimposuit.

66-68*

66 PLUVIO : id est pluvioso ; MADEFECIT : madida ; AB AUSTRO : illo vento. 67 HEC : id est super hoc ; LIQUIDUM : clarum ; GRAVITATE : pondere. 68 QUICQUAM : aliud ; TERRENE : terre ; FECIS : putredinis.

I 69-71

Quia proprium est piscium esse semper in undis quoad vitam, et proprium ferarum nutriri super terram, et proprium volucrum nutriri volitando in aere.

69-72*

69 LIMITIBUS : sedibus ; DECREVERAT : diviserat. 70 MASSA : globo ; LATUERE : steteret. 71 SIDERA : stelle ; FERVESCERE : splendere ; CELO : aere. 72 NEU : pro 'quod et non' ; FORET : esset ; ORBA : orbata.

62-63 est¹] et *ms.* | 66*tit.* stellarum *ex ve* stellarum *ms.* | 66* MADEFECIT *corr. in* MADESCIT *alia manus* | 71* splendere] implendere *ms.*

I 62-63

La division des vents

Parce que la Scythie est une région proche des zones que le froid rend inhabitables, c'est pourquoi ce vent est stérile.

I 66

La formation des étoiles

À partir de là Dieu divisa les vents de cette façon, en quatre vents principaux ; il sépara l'éther et le posa au-dessus.

I 69-71

Parce que c'est le propre des poissons d'être toujours dans les ondes où ils vont chercher leur subsistance, le propre des bêtes sauvages de se nourrir sur la terre, le propre des oiseaux de se nourrir en volant dans l'air.

I 73

Sicut continetur in *Genesis* : « Et die sexto dixit quoque Deus : 'Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram' », et cetera.

FORME DEORUM dicit quia credebant homines deificari in stellas, sicut Iupiter, Venus et Mars et Iuno, et cetera.

73-77*

73 SOLUM : firmitatem. 74 CESSERUNT : per partes advenerunt ; HABITANDE : tenende. 75 VOLUCRES : aves. 76 HIIS : animalibus ; ALTE : profunde. 77 DEERAT : deficiebat ; QUOD : animal ; DOMINARI : habere dominium ; CETERA : animalia.

I 78

'Nescio – dicit actor ex parte sua – sive hunc divino semine fecit deus, sive terra, que nuper separabatur ab aere, fecit illum' ; ex calore et humore omnia procreantur.

78-81*

78 NATUS : formatus. 79 ILLE : id est deus ; OPIFEX : factor ; MONDI : existens ; YMAGO : vel origo *alia manus*. 80 RECENS : nova ; TELLUS : terra ; -QUE : et ; SEDUCTA : divisa. 80 NUPERQUE SEDUCTA : – b – *sup.* nuper et – a – *sup.* seducta *add. alia manus*. 81 ETHERE : celo ; COGNATI : propinqui.

I 82

Quomodo homo primo formatus fuit

Quia dicitur Iapeton, quod fuit primus deus. Alii dicunt quod Promoteus et dicitur Promotheus, quasi primus deus, quia primus deus fuit.

78 procreantur] procreentur *ms.*

I 73

Comme on le trouve dans la *Genèse* : « et le sixième jour Dieu dit encore : “faisons l’homme à notre image et à notre ressemblance”, etc. »

FORME DEORUM (« les formes des dieux ») : il dit cela parce qu’on croyait que les hommes étaient déifiés en étoiles, comme Jupiter, Vénus, Mars, Junon, etc.

I 78

« Je ne sais, dit l’auteur en aparté, si dieu créa l’homme d’une semence divine, ou s’il le fit de la terre, qui était depuis peu séparée de l’air. »
Toutes les créatures sont créées à partir de la chaleur et de l’humidité.

I 82

Comment l’homme fut créé au commencement

Parce qu’il est dit que « Japet » fut le premier dieu. D’autres disent que c’est Prométhée, dont le nom signifie pour ainsi dire « le premier dieu », parce qu’il fut le premier dieu.

[1] Allegoria talis est : iste Promotenus dicitur primus deus qui de limo terre hominem fecit et in eo spiraculum vite spiritu oris sui inspiravit, ut in *Genesi* continetur. [2] Fabula talis est : Promotheus, filius Iapeton, qui alio nomine dicitur *Demogorgon*, fuit primus et summus deorum, et de limo terre formavit ymaginem terream, et eam in igne et sole desiccavit, et illa desiccata mutata est in hominem, et inde pro tali facto in Caucaso monte a posteritate missus fuit in exilium. [3] Historia talis est : Promotheus re vera quidam fuit qui, in Caucaso monte studens, primo naturam hominis duplam consideravit, scilicet corpus terrenum, unde dicitur corpus de limo terre sive de terra fecisse, et animam celestem, unde dicitur spiraculum vite celestis in eo imposuisse. [4] Quod dicitur iecur eius a vulturibus corrodi, nichil est aliud dictu nisi quod com cura studebat, et corrodit cura corpus humanum et maxime corpora studentium, sicut adhuc facit ; hoc est quod dicit.

82* QUAM : terram ; SATUS : natus ; YAPETON : proprium nomen, scilicet Promotheus ; FLUVIALIBUS : a fluvio.

I 83-86

In forma Dei factus fuit homo, unde in *Genesi* : « Ad ymaginem Dei fecit hominem masculum et feminam, creavit eos ». MODERANTUM CUNCTA (83) dicit, quia divino nutu omnia reguntur. Quamvis omnia animalia habeant vultum versus terram, tamen homo habet vultum versus celum ad hoc, ut videat et cogitet semper de patria quam perdidit, et similiter de Creatore, unde et dicitur *antropos*, quasi 'arbor conversa'.

83-86*

83 FINXIT : fingendo fecit ; EFFIGIEM : formam ; MODERANTUM : moderantium ; CUNCTA : omnia. 84 PRONAQUE : incurva et ; COM SPECTENT : quamvis aspiciant ; ANIMALIA : bestie ; CETERA : ab homine. 85 OS : vultus ; SULLIME : altum. 86 IUSSIT : precepit ; EREPTOS : sursum levatos ; SIDERA : stellas ; TOLLERE : levare.

I 87-88

Sic modo, ut supra dictum est, terra habuit et induit varias figuras animantium.

82.1 continetur *ex* continentur *ms.* | 83-86 versus *ex* versus terram tamen homo *ms.*

[1] L'allégorie est la suivante : on dit que ce Prométhée est le premier dieu qui fit l'homme du limon de la terre et lui insuffla l'air de la vie par le souffle de sa bouche, comme on le trouve dans la *Genèse*. [2] La fable est la suivante : Prométhée, fils de Japet, qui est aussi appelé Démogorgos, fut le premier et le plus grand des dieux, et du limon de la terre forma une statue en terre, la fit sécher dans le feu et au soleil. Une fois séchée elle se transforma en homme, et à cause de cet acte il fut exilé sur le mont Caucase pour la fin des temps. [3] L'histoire est la suivante : Prométhée était en réalité un homme qui, étudiant sur le mont Caucase, considéra le premier la nature double de l'homme, à savoir son corps terrestre (c'est pourquoi on dit qu'il fit son corps du limon de la terre ou en terre), et son âme céleste (c'est pourquoi on dit qu'il lui apporta le souffle de la vie céleste). [4] Dire que son foie est rongé par un vautour revient à dire ceci : il étudiait avec application, et cette application ronge le corps humain et surtout le corps de ceux qui étudient, comme c'est encore le cas aujourd'hui ; c'est ce qu'il dit.

I 83-86

L'homme fut créé avec la forme de Dieu, c'est pourquoi on lit dans la *Genèse* : « C'est à l'image de Dieu qu'il fit l'homme et la femme, qu'il les créa. » Il dit MODERANTUM CUNCTA (« (des dieux) qui dirigent toutes choses »), parce que tout est régi par la volonté divine. Alors que tous les animaux ont le visage tourné vers la terre, l'homme a le visage tourné vers le ciel, pour voir et se rappeler toujours la patrie qu'il a perdue, et en même temps son Créateur, c'est pourquoi on le dit *anthropos*, en d'autres termes « arbre métamorphosé ».

I 87-88

Ainsi donc, comme on l'a dit plus haut, la terre reçut différentes figures d'animaux qui la recouvrirent.

87-88*

87 SIC : taliter ; MODO : nuper ; YMAGINE : vivencium. 88 INDUIT : accepit ; IGNOTAS : cognitatas ; CONVERSA : mutata.

[f. 54v]

I 89-111

Prima etas

[1] AUREA PRIMA (89) : in primo tempore gentes vocatae fuerunt aureae, quia, sicut aurum est prevalencius metallum inter omnia alia metalla, sic gens illius temporis erat melior omnibus gentibus quae post nate fuerunt, et haec est expositio : in prima etate non erant FOSSE (97), non erant iudices. [2] Unusquisque erat dux sui temporis nec adhuc erat usus armorum nec equorum, et terra inarata fruges universas afferebat, et gentes illius temporis ita iuste vivebant quod, quicquid natura sibi ministrabat, hoc sine murmure in cibum capiebant, et ita VER ERAT ETERNUM (107) ; et quod dicitur quod FLUMINA LACTIS (111) et NECTARIS (111) stillabant, nichil est dictu nisi quod omnia illis erant contraria et unus amor et una dulcedo animi regnabat inter gentes.

89-104*

89 AUREA : de auro ; SATA : nata ; QUE : etas ; VINDICE : vindicante ; NULLO : pro 'non' et 'ullo'. 90 SPONTE SUA : spontanea voluntate ; LEGE : precepto ; FIDEM RECTUM : fideles erant et recti homines tunc temporis. 91 METUSQUE : timor et ; ABERANT : deficiebant ; NEC : pro 'et non' ; VINCLA : vincula. 92 ERE : vel ferro ; SUPLEX : suplicans ; TURBA : gentium ; TIMEBAT : metuebat. 93 IUDICIS : iudicantis ; ORA : vultus ; TUTI : securi. 94 NUNDUM : non et adhuc ; PEREGRINUM : alienum ; VISERET : visitaret ; ORBEM : mundum. 95 LIQUIDAS : claras. 96 NULLAQUE : non ulla et ; MORTALES : homines ; NORANT : noverant. 97 NUNDUM : non adhuc ; PRECIPITES : labiles ; CINGEBANT : lustrabant ; MENIA : vel opida ; FOSSE : castra fossata. 98 TUBA : bucina ; DIRECTI : recti ; FLEXI : tortuosi. 99 MILITIS : milicie. 100 PERAGEBANT : perficiebant ; GENTES : homines. 101 QUOQUE : certe ; IMMUNIS : sine munere ; NEC : et non ; ULLIS : aliquibus. 102 SAUCIA : eversa ; VOMERIBUS : instrumentis ; TELLUS : terra. 103 CONTENTI : satiati ; CIBIS : escis ; NULLO : non ullo. 104 ARBUTEOS : arborum ; FETUS : fructus ; MONTANAQUE : monte nata et ; FRAGA LEGEBANT : fructus illos colligebant.

89-111.2 regnabat *ex r* regnabat *ms.* | 90* voluntate] voluptate *ms.*

[f. 54v]

I 89-111

Le premier âge

[1] AUREA PRIMA (« l'âge) d'or le premier ») : dans les premiers temps les hommes étaient appelés « d'or », parce que, comme l'or est un métal supérieur à tous les autres métaux, le peuple de ce temps-là était meilleur que tous ceux qui naquirent ensuite, et l'explication est la suivante : dans le premier âge il n'y avait pas de FOSSE (« fossés »), il n'y avait pas de juges. [2] Chacun était maître de son temps, il n'y avait pas encore d'armes ni de chevaux, la terre sans être labourée portait toutes les sortes de fruits, et les gens de ce temps-là vivaient de façon si juste que, tout ce que la nature leur fournissait, ils le prenaient sans murmurer pour se nourrir, et ainsi VER ERAT ETERNUM (« le printemps était éternel ») ; et la phrase FLUMINA LACTIS et NECTARIS (« des fleuves de lait et de nectar coulaient ») n'a pas d'autre sens que celui-ci : tout leur était commun, le même amour, la même douceur d'âme régnait entre les hommes. 90 FIDEM RECTUM (« la bonne foi et la droiture »). Les hommes à cette époque étaient fidèles et droits.

I 105

Rubetum est proprie densitas et asperitas dumorum.

105* CORNAQUE : fructus et ; HIRSURTIS : hispidis ; MORA : fructus ; RUBETIS : dumis.

I 106

PATULA dicit quia antiquitus Iupiter dabat responsa sua in quercu et consilia et res absconsas hominibus demonstrabat.

106-107*

106 DECIDERANT : ceciderant ; PATULA : patente ; ARBORE : quercu ; GLANDES : fructus. 107 VER ERAT : tempus dulce ; ETERNUM : perpetuum ; PLACIDIQUE : placentes et ; AURIS : ventis.

I 108

Zephiri] Zephirus est quidam ventus dulcis et temperatus qui habet flare a parte occidentali, sicut prius patet.

108-109*

108 MULCEBANT : lenibant ; ZEPHIRI : illi venti. 109 MOX : protinus ; ETIAM : certe ; FRUGES : blada ; TELLUS : terra ; INARATA : non culta ; FEREBAT : portabat.

I 110

CANEBAT dicit propter proprietatem segetis que, quando matura est, candet.

110-112*

110 NEC : et non ; RENOVATUS : recultus ; AGER : campus ; GRAVIDIS : ponderosis ; CANEBAT : albebat ; ARISTIS : spicis. 111 IAM : tunc temporis ; IAM : tunc temporis ; NECTARIS : vini odorati ; IBANT : pluebant. 112 -QUE : et ; VIRIDI : virent ; STILLABANT : fluebant ; YLICE : quercui.

I 113

De secunda etate

Ex quo mortuus fuit Saturnus, Iupiter fuit rex et peioratus est mundus.

106 absconsas] absconsas ab *ms.*

I 105

La ronce est proprement la densité et l'aspérité des buissons.

I 106

Il dit PATULA (« grand ouvert ») parce qu'autrefois c'est dans un chêne que Jupiter donnait ses oracles, exposait ses conseils et expliquait les phénomènes cachés aux hommes.

I 108

Zephiri (« les Zéphirs ») : Le zéphyr est un vent doux et tempéré qui doit souffler sur le côté occidental, étant donné qu'il apparaît le premier.

I 110

Il dit CANEBAT (« blanchissait ») à cause de la propriété de la semence qui, quand elle est mûre, devient d'une blancheur éclatante.

I 113

Le deuxième âge

Quand Saturne mourut, Jupiter fut roi, et le monde se dégrada.

[1] POSTQUAM (113). Fabula talis est : Saturnus fuit primus deus et audivit in responsis quod haberet quendam filium qui eum de regno suo eiceret, unde iussit Opi uxori sue quod, quicquid pareret, sibi daret. [2] Unde, cum ipsa peperisset Iovem, voluit tradere patri suo ad interficiendum, sed, cum vellet tradere, Iupiter risit matri sue, unde illa, miserta filii sui, tradidit marito suo albestrum lapidem, et sic defraudavit illum, et fecit puerum nutrirī convocans illum Iovem sive 'Iupiter', qui interpretatur *risus*. [3] Cum magnus esset, iste Iupiter collegit exercitum contra patrem et ipsum expulit de regno et illi successit, unde peiorate fuerunt gentes in tantum quantum 'argentum est peius auro'.

113* SATURNO : illo deo ; TENEBROSA : plena tenebrarum ; IN TARTARA : Inferno.

I 114

Si legatur 'Iu-piter : iuvans pater', id est Christi, qui nos iuvat, divisio temporum in quatuor partes vera est, et sic debet moraliter legi, quia, cum explesset Adam tempus suum in Paradiso, missus est in mundum, et ibi plurima mala secundum dispositionem planetarum passus est ; et tunc divisit deus annum in quatuor tempora, sicut hic continetur, et gentes propter caumata et frigora sibi constituerunt domos et propter necessaria plurima servierunt.

114-124*

114 SUB IOVE : sub potestate Iovis ; SUBIIT : venit ; ARGENTEA PROLES : argento similis gens. 115 DETERIOR : peior ; FULVO : candido ; PRECIOSIOR : melior ; ERE : metallo. 116 IUPITER : ille deus ; CONTRAXIT : abbreviavit ; TEMPORA VERIS : illius dulcis temporis. 117 -QUE : et ; HIEMES : tempora illa ; ESTUSQUE : estates et ; INEQUALES : non equales ; APTOMNOS : illa tempora. 118 ET BREVE : parvum ; VER : tempus ; EXEGIT : divisit. 119 TUM : primitus ; FERVORIBUS : caloribus ; USTUS : crematus. 120 CANDUIT : albus fuit ; ATRICTA : adducta. 121 TUNC : tunc temporis ; ANTRA : fovee ; FUERE : fuerunt. 122 DEMPSI : spisi ; FRUCTICES : dumī ; IUNCTE : coniuncte. 123 TUNC : eo tempore ; LONGIS : magnis ; CEREALIA : Cereris ; SULCIS : liris. 124 OBRUTA : seminata ; -QUE : et ; GEMUERE : gemitum dedere ; IUVENCII : tauri sive boves.

113.2 miserta] inserta *ms.* | 119* crematus] cremates *ms.*

[1] POSTQUAM (« après que »). La fable est la suivante : Saturne fut le premier dieu ; il apprit par un oracle qu'il aurait un fils qui le chasserait de son trône, aussi ordonna-t-il à Ops, sa femme, de lui remettre tout ce³ qu'elle enfanterait. [2] Alors qu'elle avait donné le jour à Jupiter, elle voulut donc le remettre à son père pour qu'il le tue mais, comme elle s'appêtait à le lui remettre, Jupiter sourit à sa mère. Aussi celle-ci, prenant pitié de son fils, remit à son mari une pierre enveloppée d'un linge blanc, et ainsi elle le trompa, et fit nourrir son fils qu'elle appela *Jove* ou *Jupiter*, qui signifie « sourire ». [3] Une fois adulte, ce Jupiter rassembla une armée contre son père et le chassa de son trône ; il lui succéda, et les gens furent de moindre valeur, autant que l'argent est de moindre valeur que l'or.

I 114

Si on lit *Ju-piter* comme « (ad)juvant du Père », c'est-à-dire le Christ, qui nous aide, la division du temps en quatre parties est vraie, et il faut en faire la lecture morale suivante : comme Adam avait terminé son temps au Paradis, il fut envoyé dans le monde, où il souffrit un grand nombre de maux en fonction de la disposition des planètes ; et alors Dieu divisa l'année en quatre saisons, comme il est contenu ici, et les gens, à cause des fortes chaleurs et du froid, se construisirent des maisons et occupèrent de nombreuses fonctions selon les besoins.

3 *Sic!*

I 125

De tertia etate

Postea dicitur quod tertia etas subiit sub Iove, que pessima fuit et ad ultimum scelerata, quia, com domus filiorum Ade multiplicata esset, in terra fecerunt universum malum in conspectu Domini; vel potest exponi ad litteram, secundum quod dicit poeta quoad tempora modernorum.

125-126*

125 ILLAM : secundam; AENEA : eri similis; PROLES : gentes. 126 SEVIOR : crudelior; HORRIDA : timenda; PROMPTIOR : velocior.

I 127

De quarta et ultima etate

[1] Allegorice possumus sic exponere : Saturnus est planeta benivolus, quia, quando regnat in nostro emisperio, genus universum bonorum omnium ita multiplicatur quod fertilitas dicitur regnare per totam terram, et sic dicitur Saturnus 'satur annus'. [2] Iupiter dicitur filius eius, quia iuxta illum in inferiorem emisperium regnavit, et interpretatur planeta malivolus, quia, quando habet cursum suum, aut humore aut calore terre fertilitas dissipatur, unde et dicitur 'Iupiter : iuvans patrem' per contrarium, quia, quicquid nutrit, Saturnus iste dissipat et corrumpit; et hoc est quod dicit.

127-132*

127 SCELERATA : pessima; ULTIMA : proles. 128 IRRUPIT : advenit; EVUM : etatem. 129 OMNE : omnis; NEPHAS : impietas; FUGERE : de mondo; VERUMQUE FIDES : veritas et fiducia. 130 SUBIERE : intraverunt; DOLIQUE : iniurie et. 131 SCELERATUS : pravus. 132 ADHUC : eo tempore; NOVERAT : cognoverat; ILLOS : ventos.

I 133

QUEQUE DIU dicit quod naves STETERANT IN MONTIBUS. Verum est non naves, sed arbores, de quibus fuerunt naves, et ignotum dicit quia primum nullus cognoverat aquas.

133* QUEQUE DIU : et longe.

127.1 quia] qui *ms.* multiplicatur] multiplicantue *ms.* | 127.2 regnavit] regnum *ms.* | 127* SCELERATA *ex* SELERATA *ms.*

I 125

Le troisième âge

Ensuite il est dit que sous Jupiter arriva le troisième âge, qui fut pire et finalement souillé de crimes⁴, car, comme la maison des fils d'Adam s'était accrue, ils firent sur terre le mal partout, sous les yeux du seigneur ; ou on peut expliquer cela de manière littérale, selon ce que dit le poète, là où on arrive aux temps des hommes d'aujourd'hui.

I 127

Le quatrième et dernier âge

[1] Nous pouvons donner l'explication allégorique suivante : Saturne est une planète bienveillante car, quand elle règne dans notre hémisphère, elle multiplie partout la naissance de biens de toutes sortes, si bien qu'on dit que la fertilité règne par toute la terre, et qu'ainsi Saturne est dit « saturé d'années ». [2] Jupiter est dit son fils parce qu'il règne à côté de lui, dans l'hémisphère inférieur, et il est interprété comme une planète malveillante parce que, quand il fait sa révolution, la fertilité de la terre est anéantie par l'humidité ou la chaleur, c'est pourquoi on le dit « Jupiter », « (ad)juvant du Père », par antiphrase, parce que, tout ce que Saturne nourrit, ce malveillant l'anéantit et le corrompt : c'est ce qu'il dit.

I 133

Il dit QUEQUE DIU (« et qui longtemps ») parce que les bateaux STETERANT IN MONTIBUS (« étaient restés dans les montagnes »). En réalité il ne s'agit pas des bateaux, mais des arbres, dont on fit les bateaux, et il dit « inconnu » parce qu'au départ personne ne voyageait sur l'eau⁵.

4 Le glossateur se trompe, le troisième âge n'est pas « *scelerata* », c'est le dernier (celui de fer dur, « *duro ferro* ») qui est « *scelerata* » (c'est le vers 127 des *Métamorphoses* qui semble mal compris).

5 Mot-à-mot : « ne connaissait les eaux ».

I 134

INSULTAVERE dicit propter proprietatem navigandi, quia navis videtur insultum facere contra aquam et e contrario.

134* FLUCTIBUS : maris ; IGNOTIS : non cognitis ; INSULTAVERE : insultando iere ; CARINE : naves.

I 135

Sicut sol et aura et ether est communis, sic tellus erat communis in principio. DIVES (137) dicitur tellus propter utilitatem et divicias quas administrat. 135* COMMUNEMQUE PRIUS : communiter habitatam et ante adventum Iovis, sicut ventus vel aurora.

[f. 55r]

I 136

Quia in principio omnia erant contraria, sed, com hoc viderent filii, iniquitatis cupidinis errore deducti, partiebantur universa, et, qui potuit plus habere, maximus fuit in potestate.

136* CAUTUS : decipiens ; HUMUM : terram ; SIGNAVIT : divisit ; FOSSOR : fodiendo deceptor.

I 137-140

Quia prius divicie fuerunt in Stige et hac de causa a Dite, id est Plutone, dicte sunt divicie.

137-140*

137 TANTUM : tantummodo ; SEGETES : blade ; ALIMENTAQUE : nutrimenta, id est ; MITIA : pia, dulcia. 138 HUMUS : terra ; ITUM EST : *lenala* gallice ; IN VISCERA : in interiora. 139 -QUE : et ; RECONDERAT : abscondiderat ; STIGIISQUE : infernalibus et ; AMOVERAT : addiderat vel removerat. 140 EFFUNDUNTUR : emittuntur ; OPES : divicie ; IRRITAMENTA : scilicet supple commotiones.

I 141-143

Ita universe divicie extracte fuerant de terra et postea ferrum et aurum eruperunt, unde lites incepte fuerunt ; postea ita accidit, sicut modo est, quod plurimi ex rapina minuit.

135* sicut *ex* sicut et *ms.* aurora] aurore *ms.*

I 134

Il dit *INSULTAVERE* (« firent injure ») à cause de la caractéristique de la navigation : le bateau semble faire injure à l'eau, et réciproquement.

I 135

Comme le soleil, l'air et l'éther sont communs (à tous les hommes), de même la terre l'était au commencement. Le terme *DIVES* (« riche ») est employé à cause des bienfaits et des richesses qu'offre la terre.

COMMUNEMQUE PRIUS : habitée par tous, avant l'avènement de Jupiter, comme le vent ou l'aurore.

[f. 55r]

I 136

C'est qu'au commencement toutes les choses étaient communes, mais comme les fils, conduits par la folie de l'injustice et de la convoitise, virent cela, tout fut partagé et celui qui réussit à avoir plus fut le plus puissant.

I 137-140

C'est que d'abord les richesses étaient dans le Styx, et pour cela elles tiennent leur nom de *Dis*⁶, c'est-à-dire de Pluton.

I 141-143

Ainsi toutes les richesses avaient été extraites de la terre et ensuite, ils arrachèrent le fer et l'or, ce qui marqua le début des conflits. Ensuite il arrive, comme c'est le cas actuellement, que bien des richesses diminuent à cause des vols.

6 « *Divitiae* ».

141-143*

141 NOCENCIUS : magis nocens. 142 PRODIERAT : extractum erat de terra ;
 PRODIT : exit ; QUOD : bellum ; UTROQUE : tam ferro quam auro. 143
 -QUE : et ; CREPITANTIA : resonancia ; CONCUTIT : simul ; ARMA : tela.

I 144-149

Ita adnichilatur fides et veritas quod unus non habet fiduciam in alio,
 imo nec hospes ab hospite nec socer a genero nec filius a patre nec
 pater a filio securitatem habuit ; imo unus precavet semper ab alio, et
 ita fides minima et pietas recesserunt, unde dicit VICTA IACET PIETAS
 (149), et cetera.

144-149*

144 VIVITUR : impersonaliter tenetur ; EX RAPTO : rapina ; HOSPES :
 hospicium capiens ; HOSPITE : hospicio capto ; TUTUS : securus. 145
 QUOQUE : similiter ; RARA : parva est. 146 IMMINET : apparet ; EXICIO :
 destructione ; VIR : sponsus ; CONIUGIS : sponse ; ILLA MARITI : sponsa
 imminet exicio sponsi. 147 LURIDA : candidos ; ACONITA : venena ;
 NOVERCE : *marratres* gallice. 148 DIEM : mortis. 149 VICTA : superata a
 nequicia ; CEDE : cruore ; MADENTES : madide.

I 150

ASTREA dicitur ab Astra rege, qui primo iusticiam adinvenit, vel dicitur
 ab astris, quia in astris residet vel per experimenta astrorum solebat
 iusticia fieri, unde et dicitur una de quatuor virtutibus cardinalibus,
 que sunt iusticia, fortitudo, temperancia et prudentia ; et dicitur iusticia
 reddere unicuique quod iustum. Temperancia est contra motus illicitos
 firma damnatio.

150* CELESTUM : celestium ; TERRAS : mundum ; ASTREA : illa dea.

144* RAPTO *ex* RATO *ms.* hospicium] hospicio *ms.* | 147* candidos] candios *ms.* | 149* VICTA
ex VITA *ms.* | 150 quia] qui *ms.*

I 144-149

Ainsi la loyauté et la vérité sont anéanties parce que l'un n'a pas confiance en l'autre ; au contraire l'hôte n'est pas en sécurité avec son hôte ni le beau-père avec son gendre, ni le fils avec son père, ni le père avec son fils : il y a une constante défiance réciproque et ainsi la loyauté, la miséricorde, la piété se sont retirées ; c'est pourquoi il dit *VICTA IACET PIETAS* (« la piété gît vaincue »), etc.

I 150

ASTREA (« Astrée ») est nommée ainsi du nom du roi Astréos, qui pour la première fois découvrit la justice, ou du nom des astres, parce qu'elle réside parmi les astres ou parce qu'on avait l'habitude de rendre la justice en observant les astres, d'où on dit aussi qu'elle est une des quatre vertus cardinales que sont la justice, la force, la tempérance et la prudence ; et on dit que la justice rend à chacun ce qui est juste ; la tempérance est une ferme condamnation contre les passions illicites.

I 151-155

De morte Gigantum

NEVE FORET (151). Fabula talis est : Saturnus habuit tres filios, scilicet Iovem, Neuptunum et Plutonem. Com iste solus esset rex, divisit filiis suis regnum, ita quod Iuppiter habuit celum et terram, Neuptinius habuit mare, Pluto habuit Infernum. Etiam Iuppiter expulit patrem suum de regno suo et secessit in Ytaliam, unde Gigantes insurrexerunt contra illum Iovem et posuerunt montem supra montem et voluerunt celum tangere et Iupiter, iratus contra illos, fulminavit.

151-155*

151 NEVE : pro quod et non ; FORET : esset ; ARDUUS : sullimis. 152 AFFECTASSE : voluisse ; FERUNT : gentes dicunt ; CELESTE : celestium ; GIGANTES : illi homines. 153 -QUE CONGESTOS : et congregatos ; STRUXISSE : congregasse et parasse. 154 OMNIPOTENS : Iupiter ; PERFREGIT : perfecte fregit ; OLIMPUM : celum ; 155 EXCUSSIT : caciendo removit ; PELION : mons est ; OSSE : mons est.

I 156-162

